



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1661**

Super illud (Capsulas auferant &c.) Vbi præcipitur ut ab Ecclesiis  
auferantur Capsulæ cum inscriptione Eleemosinæ pro Missis §. 10.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41878**

Etum ad necessitatem urgente m, ibi  
non item, ut diximus n. 9.

23. Duxi (homini) nam si fiat Deo  
promissio, procedit doctrinam.  
I. 9.

## §. X.

*Super illud § primo n. 13. Capsulas  
auferant &c.*

*Vbi præcipitur, ut ab Ecclesiis auferan-  
tur Capsula cum inscriptione ele-  
mosyna pro Missis.*

1. PRæcipit id merito Sacra Con-  
gregatio, ne, per illas elemo-  
synas confusas, sua intentione fru-  
strentur F deles.

2. Et quia dubitatum fuit, An  
pœna interdict, &c. extendatur ad  
non tollentes has Capiulas. Re-  
sondit ibidem num. 41. non ex-  
tendi.

3. Dubitatum insuper fuit, An  
deberent etiam tolli Capsule ap-  
poni

ni solitæ in die Commemorationis  
Defunctorum cum inscriptione  
*Casse de morti?* Respondit num. 42.  
debere

4. Dubitabis, An qui in sua Ec-  
clesia non habuit talem capsam, at-  
que adeo nunquam contraxit ob-  
ligationem illam auferendi, possit  
de novo sine timore horum Decre-  
torum apponere? Rursus. Quid si  
quis auferat, sed deinde post ali-  
quot dies reponat? hi enim non vi-  
dentur ire contra Decretum, cum  
non negligant auferre, sed de novo  
ponant.

Respondeo, utrosque ire contra  
Decretum. Ratio est evidens, quia  
statim atque capsula in Ecclesia ap-  
posita à te de novo est, consurgit  
obligatio illam auferendi, ergo ni  
auferas Decretum, non servas Ad-  
de non vitare pœnam legis cum,  
qui in fraudem legis operatur. *a*

Hic nihil præterea supereft ex-  
plicandum, vel addendum.

X x 2                    § XI

*a L. Non dubium de legibus.*